

## Werk

**Titel:** Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis

**Autor:** Merian, Maria Sibylla

**Verlag:** Oosterwyk

**Ort:** Amstelædami

**Jahr:** 1717

**Kollektion:** Zoologica

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN476830389

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

**LOG Id:** LOG\_0012

**LOG Titel:** V. Hyacinthus Orientalis

**LOG Typ:** chapter

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

ribus unà cum corpore, cinereo colore tinctis instructa.

Subtus caule vermīs latet, qui animalculis exilibus: (pediculi) dictis, tanquam pabulo vescitur, sub finem mensis maii in bullam convertitur, effluxis quatuordecim diebus inde, flavis nigrisque striis cum oculis rubicundis variegata, musca procedit.

### III. *Sambucus Cærulea.*

**V**irides erucas, folio inferiùs adhærenti, similes hac in arbore deprehendi, & ejusdem foliis enutrivī in diem usque mensis Maii duodecimam, ubi texturam albam conficientes in aureliam fuscā commutabantur, circa finem mensis è lucido fusca phalæna, qualis flori imposita cernitur, educebatur.

Hæcæ flori insidens crua viridis secundâ die Maii in aureliam fuscā defigurabatur, & vigesimâ septimâ Octobris inde fuscis albisque maculis aspersa phalæna prodiit, qualis in flore superiùs exhibetur.

### IV. *Cerasus nigra dulcis florens.*

**H**oc genus vermium, Bruchus, à popularibus audiens, eò quod frumenti radicem depascantur, corpore constant albicanti, nudoque vermiculorum in caseo deprehensorum adinstar, capite flavo ochræ colore tincto; hos in mense Octobri minutissimos adhuc in terrâ reperi & in annum subsequenter referavi, in mense Aprili eâ erant magnitudine, quam infra referunt, defigurantur in Scarabæos (Moolenaars) dictos, forma superiùs in folio quodam depicta cernitur, novos pomorum furculos hi depascuntur, quocirca eos hac in arbore collocavi.

### V. *Hyacinthus Orientalis.*

**P**ilosa hæcæ, nigricansque crua, qualis infra delineatur, variis floribus ac herbis pascitur, celeriter incedit, tacta globuli adinstar in sese convolvitur, & aliquo temporis spatio immobilis jacet, debitam accretionem affecuta texturam conficit,

ficit, & in aureliam nigram convertitur, quatuordecim diebus elapsis Phalæna, qualis flori inhæret, inde surgit, hujus alæ superiores fuscæ sunt & albicantes, inferiores helvæ, nigroque colore maculatæ, ovula parit è cinereo viridia.

Flosculo qualis insidet, talis mihi erat erucula, hæc ligno firmiter adhærebat dura brevisque facta, uti supra illam majorem erucam conspicitur, decem diebus effluxis inde nigra musca erumpebat, prodibant & aliæ muscæ à tergo flavæ, quæ, duarum ex iisdem hic delineatarum icone repræsentantur.

#### VI. *Ranunculus dulcis*

**S**imile genus erucarum hos supra flores inveni, quas iisdem integro mense Majo enutrivì, in dorso auriaci, & defub è lucido flavi sunt coloris, cæterùm nigræ sunt, ac quodammodò pilosæ, tactæ conglobantur, diurnâque quiete torpent immobiles, in mense Majo, telam texunt, & fuscam in aureliam transmutantur, qualis folio adhærens delineatur, post quatuordecim dies speciosa prodit inde phalæna, cujus caput, corpus, alæque superiores flavo sulphuris atque nigro maculatæ, inferiores alæ nigro rubroque colore variegatæ sunt: hæ phalænæ interdiu unâ sedent quietæ, sub vesperam volitant, tempore matutino quietis capeffendæ gratiâ umbrosa loca sectantur, spatio dierum aliquot elapso ovula flava parientes emoriuntur.

#### VII. *Prunus florens.*

**M**agnam hanc virescentem punctis nigris distinctam erucam nigro capite, in principio mensis Maii super hac arbore inveni, tacta filo ex ore prodeunte descendit, quo mediante itidem ascendere novit, folio plerumque, à Semetipsâ circumvoluto insidet, ex eo recedens abundèque pabulo suo refecta festinanter in suum sese folium recipit, in quo etiam texturam parat, & in aureliam defiguratur, exinde phalænas exire deprehendi, quarum corpus anterius ex lucido flavo, pars posterior unâ cum alis superioribus albicanti colore sunt prædita.

Interiùs jacet subflavus in vermium excrementis repertus